

Danmark.

N^o 21.

Fredsördrag i Fontainebleau.

2 September 1679.

Fontainebleau le 2 Sept. 1679.
Le Roy de France & de Navarre
Le Roy de Danemarck & de Noruegue

In Nomine Sanctissimæ et Indiuiduæ Trinitatæ.

Notum sit omnibus et singulis quorum interest.
Postquam mutuis antiqui Foederis inter Galliam et
Sueciam Nexus Serenissimum ac potentissimum
Principem et Dominum Dominum Ludouicum
XIV. Francia et Nauarra Regem bello in Septentrionalibus
partibus orto implicauit, prædictusque Rex Christianis-
simus nihil magis in votis habuerit, quam ut pace
ubique serè in Europa nuper restituta, incendium quod
in Supradictis oris adhuc gliscebat, quantocius etiam
extingueretur, et in ipsis quoque flagrantissimi huius
belli flamma singularem semper affectum erga
Serenissimum ac Potentissimum Principem et Dominum
Dominum Christianum V. Dania, No uegia
Suecia, Vndecunq; Regem, Ducem Suedia,
Holsatia Stormaria, et Dithmarsia, Comitem in
Oldenburg et Delmenhorst, seruauit, adcoque lubentissime
ex prænominati Dania Regis Consiliario atque
Ablegato extraordinario Nobili et generoso Domino
Lenningo A Meyercroon intellexerit, modo dictum
Dania Regem eandem pacem serio exoptare, nihilq;
in se desiderari passurum, quod ad reconciliandam
concordiam, redintegrandumque mutua amicitia cum
Galliâ et priuicuum Foederum, per nouissimas hæc
bellozum turbas interruptum nexum facere, vlla ratione

queat. Et quia supradicti Regis Christianissimi
rationibus et interesse, quo ad presentem bellum ac
rationibus et interesse, Serenissimi ac Potentissimi
Principis et Domini Domini Caroli XI. Suecorum,
Gotlorum, Vandalorumque Regis, magni Principis
Sintlandia, Ducis Scania, Elsonia, Luuonia, Carelia,
Brema, Verda, Stetini, Pomerania, Cassubia, et Vandalia
principis Rugia, Domini Ingera et Wismaria, nec
non Comitis Palatinus Rheni, Bauaria, Juliacj, Cluua
et montium Ducis, nullomodo separari queunt
pradictusq; ablegatus Danica extraordinarius haud
alium esse memorati Danica Regis animum testatus
fuit, quam ut bona secura atque constans cum
Suecia Rege pax inueatur atque concidatur, Rex
Christianissimus tam suo quam Suecia Regi et
nomine reconcilianda mutua concordia, restituendaque
orbi Christiano tranquillitatis ergo de pacis conditionibus
cum praefato Danica Rege inuendis tractatus in se
insecepit, eumque in finem excellentissimum et
illustrissimum Dominum Simonem Arnault
Equitem Dominum a Pomponne, Consiliarium suum
intimum ac Secretarium status et mandatorum
nominauit, deputauitque, ut cum praedicto Danica
Regis ablegato negotium hoc tractaret, atque ad optatum

2
finem perduceret. qui sufficientibus instructi mandatis
quorum Originalia Utrunque commutata, et a pagina
sub finem huius instrumenti verbotenus inserta
sunt, in sequentes pacis et amicitiae leges
conuenerunt. /.

Sit inter supradictos Reges, et eorum haeredes, Successores,
Regna, Status, Prouincias, ditiones et subditas terra
marique, et ubicunque locorum vera, firma, et
perpetua pax, sinceraque amicitia, ea que religiose
et bona fide seruetur, et supradicti Reges mutuum
honorem, utilitatem, et commodum inuicem promoucant.
Sit praeterea amnistia generalis et perpetua obliuio
omnium eorum que ante hoc bellum, et durante
eodem, eiusque occasione quocunque loco, modone
hostiliter acta sunt. quid etiam obseruetur respectu
subditorum qui hac vel illas partes secuti sunt, ita
ut nemini eorum post hac quicquam molestiae speciei
iuris aut via facti sub quocunque praetextu inferatur. /.

2.
In quem finem cessent atque aboleantur omnia foedera
que ab alterutro supradictorum Regum in alterutrum
damnum et praerudicium iurata sunt, neque praefati

7.
Et quandoquidem Rex Danica cepit quod privilegia
et immunitates navibus Suecicis in Oresundâ, et
Sæto Baltico concessa quibusdam abusibus contra
mentem Supradictorum tractatum ansam dederunt,
Rex autem Christianissimus pro certo habeat
Regis Suecica intentionem non esse, quod Subditi sui,
aut alij Subditorum privilegium aut immunitatum
pretextu ysdem privilegijs et immunitatibus
in detrimentum jurium et reddituum Regis Danica
abutantur, Conventum est, quod post tres menses
a permutatione ratificationum presentis tractatus
computandos, Supradictus Rex Suecica Commissarios
nominabit, qui eo loco, de quo partes utrinque
convenierint, cum Commissarijs Regis Danica
congruentur, ibidemque presente et interueniente
Ministro a Rege Christianissimo deputato, bona
fide et amicaliter dissensionem ea occasione ortam
component, ita tamen ut omnia privilegia et
immunitates in Oresundâ et Sæto Baltico
Suecica Supradictis tractatibus concessa, in pleno
et integro vigore permancant, abusus autem qui
in detrimentum et prejudicium jurium et reddituum
Regis Danica contra mentem dictorum tractatum

aboli essent, bona fide corrigantur. /.

8.
Conventum quoque est quod Urbes, Arces, et fortalitia
quae Suecica vigore hujus tractatus restitui debent,
in eoque die Subscriptionis hujus tractatus sunt,
statu restituantur. Restitutio autem, Urbium
locorum, ut et insularum et Prouinciarum cum
omnibus eorum dependentijs, de quibus presenti
tractatu conventum est fiat modo sequenti. Urbes
et arcæ Helsingburgum et Landskrona, ut et
generaliter omnia loca occupata a Rege Danica
in Prouincijs Schania, Blekingia, et Hallandia,
Caroloburgum et Fortalitium ad flumen Svinge
situm euacuentur intra duas, Wismaria et insula
Lugia intra tres, Marstrand et Insula Gotlandia
intra quatuor septimanas, a permutatione
ratificationum presentis tractatus computanda. /.

9.
Liberum tamen erit Regi Danica omnem belli
apparatum cum omnibus tormentis bellicis ex
Supradictis Urbibus, Insulis, et locis ante praescriptum
tempus auferre, quia illuc a tempore occupationis
aduersi introduci que curauit, dummodo ibidem relinquat

ca tormenta bellica, aliasque belli munitione
qua ad Sueciam tempore occupationis pertinuerunt
ibidemque die subscriptionis huius tractatus adque
inueniuntur. quod si vero para aliqua illorum
tormentorum bellicorum in praefatis locis non
amplius existat, numerusque eorum minor esset
dimidius eius numeri, qui tempore occupationis ibi
reperiebatur, Rex Danica non nisi dimidiam partem
dictorum tormentorum qua ante facta ad Sueciam
pertinuerunt restituere tenebitur. /

10

Restituantur omnes ¹⁹¹³Supradictorum Regum
Subditi, cuiuscumque sint Status et conditionis
Statim post permutationem ratificationum
praesentis tractatus in uniuersa bona mobil
et immobilia, eorumque redditus cuiuscumque
generis, occasione huius belli occupata et confiscata,
Una cum iuribus, actionibus et Successionibus
qua ipsi durante hoc bello obuenerint, ita ut
propria aut hereditate possessionem Supradictorum
bonorum capere possint, nulla habita ratione
confiscationis, oppignorationis aut donationis
ante facta, ita tamen ut nihil ratione fructuum

5
et reddituum post confiscationem ea Supradictis
bonis perceptorum peti possit. Idem quoque
dispositum censeatur ratione omnium Subditorum
Supradictorum Regum tam Ecclesiasticorum quam
Secularium, omniumque aliorum qui huius vel alius
Regis militiae addicti fuerunt, atque proprietates
ac bona mobilia aut immobilia in Suecia aut in
Prouincijs per Rodschildensem et Gafriensem
tractatus cessit, et ut praesentis tractatus
restituendis possident, quibus omnibus et singulis
uti et eorum Hereditibus et causam habentibus
plena facultas sit illis sua bona possidendi,
utendi, Fruendi, et alienandi cum iuribus et
priuilegijs qua ipsi ante praesens bellum
comperierunt, adeo ut nemini noxa damnoe sit
aut praesidio, quod facta vel illa parte secutus
fuerit, quominus in pristinum quo ante bellum
fuit, Statum, tam quo ad honorem quam bona
plene restituatur, non obstantibus illius
processibus, Sententijs aut decretis contra eos
eorumve parentes, ^{vel} consanguineos latas, propterea
quod partes aduersae vel reuera secuti vel secutor
esse accusati fuerint. Liberum etiam illis erit

Seruare, vel mutare, pro lubitu domicilium ita ut
nihil propterea ab eisdem exigi queat. Electo vero
semel domicilio illi tantum Regi in cuius
territorio degunt, Sacramento fidelitatis obnoxij
erunt, non attento quod in alterius etiam Regis
territorio bona possideant, quorum tamen bonorum
possessionum que ratione, eisdem privilegia et
iuribus gaudeant, ac alij provinciarum illarum
incota et subditj .f.

11.

Omnia actiones, et iura cuiuscunque natura
aut generis, que subditis utriusque Regis in
alter utro Regno Septentrionali ante bellum
competebant in pleno vigore maneat, non secus
ac si unusquisque eorum hinc specialim
nominaretur, illisque iuxta equitatem et
justitiam sine mora satisfiat, quod locum
quoque habeat, etiam si quisquam eorum hinc
vel illa parte presentij bello fuerit secutus .f.

12.

Et cum Comitatus Rexingensia ad Comitem

ab Abfeld in Langeland et Lixingen, Magnum Danic
Cancellarium Spectans, cum omnibus iuribus et
reditibus occasione huius belli sisco Regie
Christianissimae addictus fuerit, prefatus Rex
consensit, quod predicto Comiti Comitatus hinc
Rexingensia, cum omnibus pertinentijs, iuribus
dependentijs et redditibus, statim una cum omnibus
privilegijs, actionibus et prerogatiuis quibus
ante declarationem huius belli fuerat, restitui
debeat .f.

13.

Omnia Captivj, cuiuscunque sint conditionis,
statim in libertatem utrinque restituantur non
solutis illo Lytkro, impensa vero alimentorum
vel si quid mutuo sumpsissent in locis ubi
commorantur, iuxta equitatem exsolvere teneantur.
Si qui vero Captivj militia alterutrius partis
se addixerint, atque in illis locis, ubi jam degunt,
potius commorari voluerint, liberum hoc illis
esto ita tamen ut spatio trium mensium a
permutatione rati habiturum, computandorum
mentem suam declarare teneantur .f.

14.

In presenti tractatu comprehendantur si
comprehendi voluerint, Reges, Principes
Reipublica, et Status qui ante permutationem
ratificationum, aut intra spatium sex mensium
suerint a partibus nominatj. |

15.

Rex Christianissimus promittit, atque spondet
Regis Suecia Rati habitationem presentia tractatus
omniumque illorum quia in illo continet esse
intra trium mensium spatium a subscriptione
ejusdem computandum, aut citius si fieri
poterit, bona et conuenientj. Forma se
procuraturum. Rē autem Dania non tenebitur
restituere Suecia Ciuitates, prouincias et
Insulas de quibus presentj tractatu conuenit,
nisi post permutatam hanc ratificationem. |

16.

Promittit quoque Rex Christianissimus
ratificationem hujus tractatus cum Rege Dania
intra sex septimanarum, aut citius si fieri
poterit se commutaturum. Rex autem Dania

pollicetur se rati habitationem suam cum
rati habitatione Regis Suecia quam Rex
Christianissimus precedentj articulo se
procuraturum promisit, intra trium mensium
spatium vel citius si fieri poterit, commutaturum.
Actum Fontibellaques Die Secunda mensis
Septembris Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Septuagesimo nono. |

Arnold B. Meyerson

Plens-Pouvoir

Après l'intention sy Sincere que le Roy a fait paroistre pour
la paix dans les diuers traittez que Sa Ma. a conclus, et qui ont
reudu le repos et la tranquillite a la plus grande partie de
l'Europe, Sa Majeste n'a rien desire plus ardamment que de
voir la guerre qui restoit encore entre les deux Couronnez du
Nord, et dans laquelle Sa Ma. a esté engagee par l'interest du
Roy de Suede, son allie, esteincte heureusement par le
restablissement de leur premiere amitie. C'est ce qui a fait
que Sa M. a veu avec plaisir que le Roy de Dannemark

est fait passer auprès d'elle le S.^r de Meyerctoon son conseil
et Envoyé extraord.^{re} muni de son plein-pouvoir pour entrer
avec elle dans la negociation de la paix, et c'est dans la veüe
d'avancer en ouïtage si important que Sa Ma.^{te} a bien
voulu de sa part autoriser comme elle aultorisè par ceste
presente le S.^r Arnauld Chevallier Seigneur de Componne
Conseiller en tous ses conseils et Secretaire d'Etat, et de
Commandement de Sa Ma.^{te}; auquel Elle a donné et donne
plein-pouvoir commission et mandement Special de conférer,
et negocier avec led.^s S.^r de Meyerctoon, et conséquament aultres
concluzes, et signer en son nom tels articles, et conventions,
dont jlt. pourront convenir. Promettant Sa M.^{te} d'observer
en foy et parole de Roy d'accomplir, et d'exécuter ponctuellement
avoir agréable, et tenir ferme et stable a tousjours tout ce que
led.^s S.^r de Componne aura promis et signé en vertu du
present pouvoir, sans jamais y ^{luy} contraindre, ny permettre
qu'il y soit contrevenu pour quelque cause ou pretexte que ce
puisse estre, comme aussy d'en fournir sa ratification en
bonne et due forme forme dans le temps qu'il aura esté
convenu. En tesmoignage dequoy Sa M.^{te} d'observer
led.^s present de samain, et y a fait apposer le scel de son
secret. fait a S.^t Germain en Laye le vingt quatre
jour d'aoust mil six cent soixante et dix neuf signé Louis
et plus bas par le Roy Le Cellier

Nos Christiana Quintus De j gratia

Rex Danica, Norvegia, Vandalorum, Gothorumque, Duce
Mecusij Gotsaric, Stormaria, ac Ditmarsia, Comes in
Oldenburg et Delmenhorst, Inueneria et Singulie quorum
interest constare volumus, Postquam nihil magis in votis
habemus quam ut alma pax vniuerso demum Christiano
Orbi reddatur, praprimis vero pristina amicitia necessitudinis
foederumque Inta inter nos et Serenissimum Potentissimum
et Christianissimum Principem Dominum Ludouicum
XIV. eadem gratia francie, et Navarra Regem fratrem,
cognatum et amicum nostrum Christianissimum, reuereant,
et redintegrentur, nec non super medijs, et conditionibus pacis
inter nos, et Serenissimum Regem regnumque Sueciae propediem
reduenda tractetur, nos eorum huc pertinentium tractationem
nobili, et generoso consiliario et factis ad statum Generale
foederati Belgij A legato nostro extraordinario, grate fideliterque
nobis dilecto Hennigio Meyerctoon commisisse, eundemque ad id
Speciali mandato munuisse et instructuisse, prout etiam huc eidem
plenam et omnimodam potestatem, prout ac mandatum generale
et speciale dante et concedimus, nostro nomine cum predicto Rege
Christianissimo ejusdem Ministeris et Commissarijs sufficienti
indem ad id auctoritate et potestate munitis, super renouandis
et redintegrandis antiquis et mutuis, amicitia, necessitudinis
foederumque iuribus, et regnumque nostrorum securitate
et commodo, nec non super medijs reduenda propediem pacis, inter
nos et Regem Regnumque Sueciae, colloquia preuendij, conferendij,
tractandij, conueniendij, agendij, concludendij ea que ad premissa vel
circa eadem erunt necessaria et opportuna, expediendij, subscribendij, et
exequendij spondendij, regiisque, verbo promittentes, Nos omnia et singula
que dicta noster Minister catenua tractauerit, egerit, promiserit
concluserit, et subscribendo confirmauerit firma omni modo rataque habitura
esse in quocumque fidei presentem manu ^{postea} subscripserit, sigillo nostro Regio
firmari iussimus, Dabantur in aere nostra regia Hassia die 13 february
anno 1679. Signe Christian et plus bas Wierman .1.